



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 18. Cæsar novum bellum avertere intentus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. partes transfret. IV. Difficultates forte
A. C. 1624. desuper emergentes, ad summum Pon-
 tificem rejicerentur. Jam antea Ba-
 tavi missis in Galliam Oratoribus anti-
 quum foedus cum Franciæ Rege inno-
 varant, in octo tandem capita conve-
 nientes, ex quibus tamen duntaxat
 quintus Religionem Catholicam respi-
 cit, his verbis conceptus: Quandoqui-
 dem, qui in præsens Gallicæ apud Bata-
 vos militiæ præest, religionem Catholi-
 cam, Apostolicam, Romanam profitetur;
 quia item miles in eo exercitu, ejusdem
 passim religionis est: fas erit imperatori
 & militi, privatim exercere religionem
 suam: enimvero quia indigence Batavi ple-
 rique Catholici Romani sunt, quod metu
 celant: fidem adigant Oratores, daturus
 se operam apud Dominos authores suos,
 ut Christianissimo Regi pro conscientie li-
 bertate oranti fiat satis, si quo modo potest.

*Newill. Hist.
 d' Holl. t. 1.
 pag. 283.*

§. XVIII.

*Cæsar novum bellum avertere
 intentus.*

*Gramond.
 Hist. l. 13.*

Postquam Cæsar de novi hujus foede-
 ris serie edoctus erat, simulque
 compertum habebat, quod Christianus
 Daniæ Rex arma pararet, necnon
 exercitus, quem Brandeburgi, Pome-
 rani & Megapolitani & Saxones Prin-
 cipes

cipes contraxerant, sese Ductorem exhiberet, totus in eo erat, ut novi hujus belli Catholicæ Religioni oppidocivi obtentum caussamque removeret: eapropter pro restituendo Palatinatu Friderici Fautoribus hæc conditiones proposuit.

I. „Fridericus olim Palatinus Comes, Cæsareæ Majestati se submittat, in obsequium, quod præstabit coram Imperatore, qua humilitate Vasallum decet.

II. „Post fidem a Patre sic præstitam, restituatur ipsius Filio primogenito feudum, cujus erit nuda patri administratio, donec vixerit.

III. „Jure Electoratus utetur, fruetur Baviaræ Dux, post ipsius mortem ad præfatum Friderici filium redituro.

His adjecta hæc duo capita. „Friderici filius, futurus ex pacta restitutione Palatinus & Elector, filix Imperatoris nabet: interea vero, dum adolescet, in aula Imperatoris educatur. „Inclinabat Jacobus magnæ Britannix Rex in eas leges, Generumque hortabatur, ut oblatas hæc conditiones acceptaret. Hic vero turbam potius quam pacis studiosus fortunam suam belli alex committere maluit, frivole obtendens, „quod in fide

Sæc. XVII.
A. C. 1624.

774 A. C. 1624 - 1625

Sæc. XVII. „a Cæsare data sibi haud fatis cautum
 A. C. 1624. „esset, cum ab eo pro hæretico habe-
 „retur, Catholici autem hæreticis si-
 „dem non esse servandam docerent, a-
 „liunde vero tenello filio suo, si in Aula
 „Cæsaris educaretur, ingens Religio-
 „nis suæ periculum immineret: para-
 „tis igitur in subsidium Imperii Princi-
 „pibus, Dano, Saxone Brandeburgo,
 „& Anglo, fatius esset, ablata aperto
 „bello vindicare. „ Hæc Fridericus ad
 Socerum suum Angliæ Regem: Cæsar
 vero, cum res ad bellum spectare co-
 gnosceret, per Tillium Comitem Ca-
 tholici exercitus Ducem Principes ac
 Saxonix Inferioris Ordines hortabatur,
 ut Batavorum, qui Cæsarem ac Im-
 perii Principes ei unitos obruere ma-
 chinarentur, sollicitationibus aures mi-
 nime præberent. Verum surdis cane-
 batur; quocirca Ferdinandus Impera-
 tor, ne Religio & Imperium periclitat-
 retur; vim vi repellere cogebatur.

§. XIX.

Bellum in Belgio inchoatum.

Barre Hist. Inter bellicos hosce Protestantium ap-
d' Allem. t. 9. paratus Philippus IV. Hispaniæ Rex
Bellus laur. haud otiaandum ratus, Ambrosium Spi-
lib. 7. nolam Hispani exercitus Ducem ad
 omnes casus intentum esse iussit; no-
 verat